

Q. D. B. V.

ACTUM ORATORIUM

DE
LITERA *Quam*

NOSTRA ZITTAVIA IN SUIS INSIGNIBUS EXHIBET,

D. XXIII. AUG. M DC LXXVIII.

SEXTO DIE POST RENOVATUM


CONSULEM, PROCERUM, PATRONORUM, FAUTO- RUM ET AMICORUM AFFECTUI

DECENTER SUBMITTIT




PRIMO NUNC INVITANDI OFFICIO
DEFUNGENS

CHRISTIANUS Weise/ GYMN. RECT.



ZITTAVIAE
TYPIS MICHAELIS HARTMANNI.



ENEX Bonum signum in Domo;
Thesaurus ac ipsa Felicitas
in Republicâ.

Gratulare igitur ZITTA VIA,
ad gubernacula rediisse CONSULEM
Annis & meritis undiquaq; maximum,
non hoc, sed huic Seculo natum;
ideo servatum ultra communes vitæ terminos,
ut ultra communem expectationem aliquid ostenderet;
Nimirum publica hæc est prosperitas,
dirigi à Senibus, ne senescat salus;
audire Seniorum consilia, ut floreat Juventus;
sequi Majores, ne augmenta Civium fiant minora;
in tessera gerere canitatem, ne fortuna invideat
canos seu candidos lapillos.

Gaude igitur Optima ZITTA VIA;
Sed gaude ut gaudii pretium precando exsolvatur.

Habes Consulem: roga Deum ut diu habeas;
Suspicias Senem: roga ut multis annis queat suspici;
Veneraris Patrem: roga ne unquam deserat Filios.

Maturus est: O si tardè aut nunquam putrefacat!
Amabilis est: O si oculos amoris plenos serò claudat!
Cœlo dignus est: O si nostri demum Posteri digna
hæc præmia contigisse gratulentur!

Luctum ipse nec publicum nec privatum videat;
neq; Luctum ipse vel publicum vel privatum provocet!

Vigeat quieta Senectus;
Sive illius Vires quiete restaurantur,
Sive status publicus quiescendo proficit.

Pacem foveat in Corpore,
nec membrorum aliquà laboret dissensione,
ut pacificæ Semper Cœtitati advigilet,
nec medicinâ opus habeat,
quæ publicorum intestinorum sive tormina, sive
tumultus compescat.

Ex:

Exacto tandem anno
auctæ Senectutis indicia nulla deprehendat!
nam Prudentia cum annis crescens,
non tam augeri nunc potest, quam pluribus exemplis
applicari.

Arbores in hac ætate stirpis incrementa non demonstrant:
fructus tamen adsuetum olim augmentum denuo admetiuntur.

Quid?

Plures adhuc annos ipse CONSUL designet!
MOLLERUSQ; nostro Gymnasio saepe offeratur
in argumentum lætitiae,
in excitabulum industriae,
in documentum votivæ Pietatis.

Hæc opto: hanc optantis vocem omnes secum repetunt.
Imo hæc a me in primo hoc Programmate potuisse optari,
imprimis gratulor;

Futurus ad ulteriora gratulandi officia promptior,
Si me præcursori Juventus talia præstare
posterioris etiam annis valeat.

Nutriat Scholam, Foveat Docentes, Faveat Discentibus;
Omnibus deniq; sit utilis, nemini invitus.

Cæterum

Vireat etiam post exhaustos Anni labores
Consularis JENTSCHIUS:

Negotia sic deponat ut Sol occidens.
Is enim meridiem affert Antipodibus:
Ille à Civium strepitu paulum remotior
Clariores Scholæ radios indulgeat:
quippe cuius supremum caput est.

Audivimus nuper

quid in Cathedra Scholastica tum Rectori novo,
tum singulis polliceretur:

nunc videbimus, quanto Consiliorum conatu
Singula sint festinatura ad eventum.

Nos vicissim aliqua acclamavimus.

quæ nunc è germine abibunt in fructum.

Et sunt vero quæ acclamari possent amplius;

Sive tamen occulta nostra vota expectant maturitatem,

Sive justiori tempori reservantur hæc officia;

Solum istud vovendi ænigma accipiat.

Audiat brevi magnos strepitus,
nec unquam minus quieverit, quam ubi
a mole publica quiescat.

Inveniat quod nunquam habuit,
& habeat tamen quod geminâ vice perdidit.

Omnia sint nova,
ac interim videatur ad pristina bona rediisse;
nihil delectet, nisi quod olim deploratum est.
Omnia prioribus sint similia,
si delicias, si Virtutem, si vitæ subfidia spectet:
in eo dissimilem conditionem reperiat,
ut mortalitatem ibi citius agnitam,
hoc loco tardius intelligat.

Ast

ubi nunc à publicis votis ad præsentem invitationem
honestè licet progredi,

Indecorum sanè videbatur, plaudente Civitate
tacere Gymnasium Civitatis Seminarium.

Quamobrem Auctor fui Adolescentibus & Juvenibus,
tum propriâ indole, tum Parentum & Agnatorum merito
politissimis,

ut in amica orationum controversia
& Ingenium exercent & Pietatem,
unaq; opera, non modo suam sedulitatem,
sed perpetui debiti confessionem publicis auribus exponerent
Cui negotio necessarios ac splendidiores Testes
fœneraturus,

Vos

Proceres, Patronos, Fautores, Amicos,
qua par est

Observantia ac promptitudine
oro, rogo & obtestor,
nolitis præsentiam adeo fœcundam nostris segetibus invidere,
ut ista semper spes novis ominibus confirmetur,
fore ut OCULUS DOMINORUM SAGINET GREGEM.

In vicem nihil est quod pollicear.
Satis enim apprecabuntur Oratores mei,
cujus si efficaciam liceat mirari,
utrinq; amplum Pietatis fructum singuli deprædicabunt.

OR-

ORDO EXERCITII.

CAROLUS PHILIPPUS Stoll/
Zittaviensis.

Proponet Questionem de Insignibus, quorum medius clypeus, litera Z insignitus, si vel maximè à Zittavia s. Sidonia Oppidi Fundatrice originem trahat, nunc tamen disquiri adhuc potest, num hioglyphicum aliquod arcanum in ipsâ hac litera delitescat?

JOHANNES CHRISTIANUS Jentsch/
Zittaviensis.

Provocatus à Stollio ætatis teneritatem excusabit, adeoq; prodibit
citatus ab isto

FRIDERICUS KLINGERUS, zittav.

Qui, quoniam litera Z Alphabeti finem facit, PRUDENTIAM
hac notâ designari afferet, quippe cuius maximum opus, RESPI-
CERE AD FINEM. Orationi Chorus ita respondebit

I.

Klugheit führt das Regiment/
Wenn die schweren Fälle kommen
Und ein Mann das Licht erkennt/
Wird der Zweifel leicht benommen.
Alles wird durch guten Rath
Wohl und loblich beygeleget/
Bis der unbetrübte Staat
Lauter Friedens-Früchte fräget.
Drüm Zittau verbleibe durch Klugheit gesegnet/
Dass Leben und Reichthum einander begegnet!

JOHANNES RUDOLPHUS à Lankisch / Zitt.

Etsi non improbabit Prudentiae tesseram; ideo tamen PERFE-
CTIONIS signum admirabitur, quia litera hæc Alphabetum ab-
solvit ac consummat. Chorus sequentia succinet:

II.

Alles will vollkommen seyn;
Gleichwohl treffen die Gedanken
Nicht an allen Orten ein
Und beginnen oft zu wanden:
Doch wie seelig ist die Stadt
Welche durch des Himmels Güte

Ein

Ein gemässnes Wachsthum hat;
Diese steht in rechter Blüthe.
Drum Zittau verbleibe noch ferner vollkommen
Und lebe dem Schrecken auf ewig benommen.

JOHANNES SIGISMUNDUS Müller / Zitt.

Observabit CONSTANTIAM IN UTRAQ; FORTUNA:
Litera enim Z à quibusdam sono moliori ut S. à quibusdam ri-
gidius ut T S. exprimitur: non sine indicio Civitatem utriq; pro-
nunciationi adsuetam, fore in neutra five dubiam, five inconstan-
tem. Chorus ejusmodi suffragium addet:

III.

W Glück und Unglück wechselt sich/
W Bald erscheint uns lauter Freude/
Bald verdamt ein Unglücks-Stich
Uns zu manchem Herze-Leide.
Doch wohl dem der allezeit
Seinen Vortheil kan erwerben/
Der wird unter Furcht und Streit
Weder wancken noch verderben.
Drum Zittau versweise die Schmerzen zurücke/
Und kehre das Übel in lauter Gelücke!

JOHANNES Siegfriedt NESENUSS zitt.

Memor Deum in Apocalypsi Johannea dici A. & Ω, ac applicatione
commodissima à Germanis vocari posse A & Z, varia eruunt indi-
cia PIETATIS: Chorus vero his verbis concedet in partes

IV.

*W*Ott ist unser *A* und *Z*.
W Das die Frucht an allen Enden
Wohl befleibet und gerath/
Solches steht in seinen Händen.
Ach wie wohl hat der regiert/
Welcher Gottes Rath und Willen
Zu der Lebens-Lösung führt:
Dieser kan sein Werk erfüllen.
Drumb Zittau verbleibe dem Himmel ergeben/
So wirstu die Höchste Vergnigung erleben.

JOHANNES FRIDERICUS Gerber / zitt.

Diversis his opinionibus Concordiam redditurus, quatuor Emble-
matibus votorum ac precum materiam concludet.

30-

JOHANNES CASPAR Rethel / zitt.

Voto Germanico clausulam imponet: quod cum vidaetur dignum,
ut omnium repetitione robur ac incrementum accipiat, Chorus e-
asdem Strophas suis melodiis quasi reddet vivaciores. Neq; ingra-
tum fueris, cæteris cantantibus, legendo harmoniam sequi:

1. Sind die Reden schon beschlossen?

Woder ist die Zeit verflossen?

Daz man den Bebandkungs- Gruß

Vor die Ankunft/ vor die Ehre/

Vor die Gunst und das Gehöre

Unterdienstlich leisten muß?

2.

Freylich könnten unsre Sachen

Leichtlich einen Eßel machen/

Weil sie schlecht und wenig seyn;

Doch die angenehme Kürze

Streuet sonst die beste Würze

Den geringsten Schrifften ein.

3.

Also stellen wir zusammen/

Unsre Treu- und Andachts Flammen

Den berühmten Hæuptern vor/

Und dieweil wir keine Gaben

Zur Vergeltung übrig haben/

Steigt die Dankbarkeit empor.

4.

Ach der Höchste Vater gebe/

Daz die Zahl der Väter lebe/

Welche Zittau glücklich macht:

Ihre Weisheit sey die Sonne/

Und vertreib in steter Wonne

Manche düstre Trauer-Nacht.

5.

Ihr gesundes Wohlgedenken

Wird die Bürgerschafft erfreuen/

Ihre Lust sol unser Schein/

Ihr Bemühn sol unser Glücke/

Und die Krafft der Liebes Blicke

Sol die beste Lösung seyn.

6.

Auch der Neue Bürgermeister

Fühle neue Lebens Geister/

Bsp

Bei der angetretenen Last/
Und das theure Pfand verbleibe/
Am Gemüth und an dem Leibe/
Von der Noth unangetast.

7.
Gott erleuchte dessen Sorgen
Und vergönn uns alle Morgen
Was von neuer Fruchtbarkeit:
Gott verleuhe Krafft und Stärke/
Gott vollführe dessen Werke/
Zu vergnügter Sicherheit.

8.
Also wird an dieser Städte
Lauter Wünschen und Gebethe/
Gleichsam auff der Wache stehn/
Und wir samptlich werden schreien:
Glück zum Leben/zum Gedenken/
Glück zu allem Wohlergehn.

Agite vero AUDITORES Spectatissimi,
PATRONI, FAUTORES, AMICI,
Sive Magnorum PARENTUM Amor vos allicit,
quorum lectissimos Filios hic produco;
Sive novum Rectorum bono omine putatis prosequendum,
qui prima nunc vice Oratores exhibit;
Seu déniq; Literarum Studia cordi sunt,
quorum in his exercitiis maxima geritur cura:

Vestrum fuerit
Præsentiam, Attentionem, Favorem
ad unius horæ spatiū indulgere:
Ita enim si meritis placere nequivero,
Sola brevitas fortassis efficiet,
nè omnibus displicuisse videar.
Floreat Zittavia, Vireat Senatus,
Augeatur Civitas, Crescat Gymnasium,
Vivat Salus.

P. P. è Gymnasio Zittaviensi d. 22. Aug. M DC LXXVIII.

